

156\* Tres alios titulos item falsos

*L. Aureli L. l. Porphyroni* Gud. 316, 1;  
Mur. 1051, 4  
*Philliae Victorinae* Ligorius Ferr. p. 30  
*P. Ollius P. f. Vetur. Scaeva* Frizzi 1, 243

Ligorius refert quidem inter Ferrarienses, sed primum collocat Interamnae Nahartium, secundum et tertium Romae. Qui exscripserunt Ligoriana Anonymus a. 1626 adhibitus a Frizzio et maxime Baruffaldius addiderunt suo errore vel nova fraude locorum indicationes pertinentes ad Ferrariam.

157\* *Cumachio trovato nel far il ponte che conduce alla chiesa di S. Maria della Rosa* LIG.

sentiae | c. fil. uettiae | test. p. i. p. ter |

Ligorius ms. Taur. 6.

Fortasse genuina, sed corrupta.

158\* *tavola di marmo bianco, Cumachii in casa di M. Baptista Facciolini* LIG.

T-AELIO-T-F-CLAVD-SEVERO  
VIX-ANN-LIX-M-III-  
AELIA-SABINA-VXORI-S P C

Ligorius ms. Taur. 6.

Si genuina est, in fine legendum VXOR-D-S-P-C.

159\* Cumachii.

D · M  
M · AVREI  
CANDIDIA<sup>n</sup>

Lig. ms. Taur. 6.

Fortasse genuina.

160\* Cumachii.

t. hirtius t. f. prisc.

Ligorius ms. Taur. 6. Ficta sine dubio propter tegulas Pansianas a Ligorio in eodem capite allatas.

161\* *Sabinae August.* titulum Ostiensem Grut. 252, 6 Ligorius ms. Taur. 6 rettulit ad Comacchium.

162\* Ferrariae apud ducem Alfonsum extat tabula marmorea grandis, ubi togatus senex sacrificat ad aram tripodem cum patera, stans ante simulacrum Spei, forma virginis stolatae, quae sinistrae manus suspensae digitorum duorum extremorum articulis stolae suae laciniam progrediendo libat et nonnihil attollit: dextra elata floris caliculum tanquam fructus nascituri spem quandam ostendit. Additur haec epigraphe PIGH.

gen. genialis spei helpidis

Pighius Herc. p. 363 (inde Grut. 102, 2) ait se vidisse inter alia marmorea aeneaque musei Ferrariensis monumenta comparata a Pyrrho Ligorio et Antonio Mosto. Quapropter haec tabula certe non est origine Ferrariensis; utrum sincera sit an in marmore ficta, non definio.

163\* Ferrariae apud ducem Alfonsum in basi simulacri Bacchici.

libero aug. signum | sileni et satyri | m. ulpius onesiphorus et | appuleia d. d. marcella

Pighius Herc. p. 353 (inde Lipsius 35, 3; Grut. 66, 6; Orelli 1482) qui vidit. Orellius damnavit, defendit Henzenus; equidem non satis confido iis quae ita proferuntur ex museo saec. XVI, quamquam certa fraudis argumenta deficiunt. Ferrariensis omnino non est, sed potius, si vera est, urbana.

164\* Ferrariae.

carpus | socior. vIcens | sibi et heraclae | fratri fecit

Don. 9, 25 (inde Mur. 623, 1; Orelli 3339) cui dedit Io. Franc. Angelonius. Auctorum Ferrariensium cum rettulerit nullus neque Angelonius ad Ferrariam pertinere videatur, in loco videtur erratum esse.

165\* Ferrariae. — In loco vereor ne error insit.

c. pomponius c. f. misertus | pomponiae rubeae uxori

Malvasia 353 (inde Mur. 1391, 2).

168\* Quartisanae in aedibus comitum de Mirolis ad stabulum pro limine ostii BARUFF. (monum.) *Gran tavola di marmo, che Alfonso I duce di Ferrara fece levare dal Vaccolino [luogo soggetto alla terra di Codigoro FRIZZI] e portare a Ferrara; ma il trasporto cadde, mentre morì, e il marmo si arenò in un villaggio detto Quartesano, ove sino a' nostri giorni è giaciuto ignoto* BONAVERI (c. 1697); citat ideo ut locum, quo olim steterat, silvam Eligiam Silvano sacram fuisse ostendat. In villa Quartisanae spectabatur in aedibus comitum Mirolis ad stabuli portam, sed aetate nostra a Germanis militibus Ferrariensem agrum invadentibus fracta eiusdemque fragmenta in Germaniam translata BORSETTI. Quartisanae olim, a. 1707 a quodam Caesarei exercitus tribuno inde avecta BARUFF. apud Mur.

SILVANO · SANCTO  
PATRI · ET · CVSTODI  
PECVDIFERO · LACTIFERO  
GLANDIFERO · POMIFERO  
5 CANABIFERO · LINIFERO  
Q · ZOSIMVS · Q · L · TERTVLL  
GRAMATICVS  
L · SERGIVS · L · L · CIPARISS  
MENSOR  
10 C · PETILIVS · C · L · STRABO  
CELATOR  
C · RVFFVS · C · L · CHARITO  
MVSICVS  
F · F · EX · VOTO

Baruffaldius mon. f. 2 et apud Mur. 70, 6, a quo videntur pendere reliqui: Bonaveri Comacchio p. 96; Scalabrini inscr. n. 82, qui minime vidit; Borsetti hist. gymn. (1735) 1, 5 auctorem laudans Io. Ant. Scalabrinum, qui transsumpserit antequam auferretur; Frizzi 1, 238 ex Bonaverio et Borsettio; Orell. 2614.

Recte damnavit Orellius, cum praesertim testimonia omnia ita comparata sint, ut ad Baruffaldium aut redeant aut facile redire possint. Muratorius de tituli veritate dubitans cum de eo interrogasset Baruffaldium, is eum de eo dubitare vetuit; 'non semel sibi spectatum marmor agnitumque germanae antiquitatis fetum; etiam Philippum a Turre secum accessisse ad illud contemplandum eique suffragium suum addidisse'. At idem nebulo cum deinde Borsettius titulum edidisset, nescio utrum invidia motus an timore in supplementis ad Borsettium 1, 11 sub persona Iac. Guarinii ipse contra dixit et sibi nonnullisque eximiis antiquariis titulum maxime suspectum esse contendit propter verba non notis scripta scilicet et *canabiferi* vocabulum. Varia lectio vix ulla est. — 5 CANNABIFERO Bors. Mur. — 6 Q · F BONAV. — 7 GRAMMATICO Bors. Mur., GRAMMATICVS Scalabr. — 11 CAELATOR Bors. Mur. — 12 RVFFVS Mur. — 14 EX · VOTO · F · F Bors. Mur.

166\* Ferrariae in suburbis Sancti Georgii.

l. asinius p. f. celer

Mur. 1637, 12 profert 'ex schedis Nic. Pacediani', in cuius libro scripto non extat. Donec verus auctor innotescat, placuit referre inter incertas.

167\* *trovato in Bisignano* BARUFF. Debit itaque collocari inter Histrica; sed magis placuit edere cum Baruffaldianis reliquis.

l. brutius  
callidius cupito  
ioi flag. d. d.

Nic. Baruffaldi misit Camillo Silvestri Ferraria 2 Iun. 1717, auctorem laudans Sebastianum Pauli.

Similem lusum cum interpretatione adscripta repperi in scheda musei Vindobonensis exceptum, ut aiunt, ex gemma servata Bethleni in Dacia apud comitem Bethlen:

ego sum  
flag. iouis  
c(ontra) peru(ersos)  
nazar